



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE  
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,  
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE SVMMO PON=||TIFICE,|| QVINQVE LIRBRIS|| EXPLICATA.||

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**Ingolstadii, [1599]**

**VD16 B 1607**

X. Soluitur decimum septimum argumentum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53860](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53860)

## CAPVT X.

*Soluitur decimum septimum argumentum.*

**R**ERSVASIO 17. Scriptura & Patres apertè docēt, Petrum & Paulum Hierosolymis, non Romæ; à Scribis & Phariseis, non ab Imperatoribus Romanis occisos. Nam Matth. 23. Dominus ait: *Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & Sapiētes, & Scribas, & ex illis occidētis, & crucifigetis, & ex illis flagellabitis in Synagogis vestris.* In quem locum CHRYSOSTOMVS: *Intelligit, inquit, Apostolos, & qui cum Apostolis fuerunt.* Et HIERONYMVS in hunc eundem locum: *Obserua, inquit, iuxta Apostolum, varia esse dona discipulorum Christi; alios Prophetas, qui ventura predicabant, alios Sapiētes, qui nouerunt, quando debeant proferre sermonem, alios Scribas in lege doctissimos, ex quibus lapidatus est Stephanus, Paulus occisus, crucifixus Petrus, flagellati in Actibus Apostolorum discipuli.* Item NICOLAUS LYRANVS in hunc locum: *Ex eis, inquit, occidētis, sicut Iacobum fratrem Ioannis, Actor. 12. & Stephanū, Actor. 7. & multos alios: & crucifigetis, vt Petrum, & Andreā fratrem eius, &c.*

**R**ESPONDEO, ex verbis Domini Matth. 23. & Chryso-  
stomi expositione, nihil colligi aduersus sententiam nostram. Dominus enim & Chryso-  
stomus non dicunt omnes Aposto-  
los occidendos fuisse à Iudæis, in Hierusalem, sed tantum a-  
liquos. Id enim significat illa sententia: *Ex illis occidētis, & crucifigetis, &c.* Idque impletum est in Stephano, quem lapi-  
dauerunt, Actor. 7. & in Iacobo maiore, quem Herodes in Iu-  
dæorum gratiam occidit, Actor. 12. & in Iacobo minore, quem Iudæi ipsi in Hierusalem necauerunt, teste Iosepho, lib. 20. antiquit. cap. 16. & in Simeone Iacobi successore, qui in Hie-  
rusalem crucifixus est, vt docet Eusebius in Chronico, Ma-  
thiam quoque in Iudæa crucifixum, multi probabiliter exi-  
stimant.

Quod si de omnibus Apostolis Dominum loqui Velenus contendat, negandæ erunt omnes historiæ, quæ Andreā in Achaia, Philippum & Ioannem in Asia, Thomam in India, Bartholomæum in Armenia, Matthæum in Æthiopia, Simonem & Iudam in Perside, obiisse testantur.

Sanctus verò HIERONYMVS non voluit significare vt A  
trum & Paulum Hierosolymis occisos, cum disertè doceat alij  
bro de viris illustribus, eos Romæ à Nerone interfectos, cert  
ex verbis Domini deducit varia fuisse dona & mortes di  
vo  
fas discipulorū Christi. Quia enim Dominus dixerat, ser  
bus  
surum Prophetas, Sapientes, & Scribas, obseruat Hiero  
do  
mus varia esse dona discipulorum; quia rursus Dominus  
me  
*Quosdam occidetis, quosdam crucifigētis*, obseruat idem  
dar  
ronymus diuerso mortis genere discipulos de hac vita mu  
sub  
tuos fuisse, & exempla ponit Stephani lapidati; Pauli  
ter  
casi, Petri crucifixi. Itaque exempla hæc non eò tendunt  
me  
intelligamus, quosnam ex discipulis Iudæi occisuri erant  
mu  
tantum eo, vt discamus, varia futura fuisse martyriorum  
sti  
nera.

Porro Nicolaus LYRANVS, non tantæ auctoritatis  
fer  
opponi debeat omnibus antiquis Patribus & Historiis  
vic  
Petrum Romæ à Nerone, Andream in Achaia ab Ege  
catos tradunt. Accedit, quod sine dubio Lyranus  
num sequitur, & solùm dicere voluit, Petrum, &  
propter Christum crucifixos fuisse, quanquam minime  
loquutus est.

## CAPVT XI.

*Soluitur argumentum vltimum.*

» **D**OSTREMA VELENI Persuasio eiusmodi est  
» de rebus nuper gestis, saepe confingantur etiam  
» quid, inquit Velenus, de tam remotis ac per  
» batissimis temporibus, Romanæ curiæ palpo  
» circa Petri Romam aduentum, passionem, & pontificat  
» confingere non poterant?

At si Irenæus, Tertullianus, Eusebius, alii que XXX  
XL. Patres citati, Romanæ curiæ palpatores fuerunt, rectè  
quitur Velenus. Sin autem pars eorum sunt antiquissimi  
Irenæus, & Tertullianus, quorum tempore Romana Eccle  
non erat opulenta, vt palpatores habere potuerit; pars  
Græci, vt Eusebius, Theodoretus, Sozomenus, & alij, qu  
rum natio inuidere potius, quàm adulari Romanæ Eccle  
consuevit; pars autem, vel potius penè omnes sunt viri sancti